

Georgius Henricus Pestz, ante diem quintum Kal. Aprilis  
 anni 1795 natus in patria urbe Hannovera ad decimum  
 quartum usque aetatis annum scholam quam dicunt  
 aulicam, deinde superiores duas lycei classes frequentavit.  
 Priori instituti praeceptoribus Augusto Miegge (jam defuncto)  
 atque Henrico Lierus, nunc presbyterus ad S. Crucis ecclesiam  
 Hannoveranum, nec non lycei correctori, Guilielmo Tegetmeyer  
 plurimum debet; alter enim mathematicis doctrinis propostis  
 alter Gemanici scribendi exercitationibus pueri animum  
 incitavit, tertius denique eo de discipulo meruit, quod primus  
 eum Romae atque Germaniae poësis imbueret, Graecaeque  
 linguae elementa doceret, quorum amore adolescentulum  
 mox ita incendit, ut cum amico solus Odyseam duarumque  
 Sophoclis et Euripidis fabulas perlegere conatus sit. Octodecim  
 annos natus, anni 1813 autumno, qui theologiae vires dedi-  
 cere a parentibus Georgiae Augustae tutelae commissus est.  
 Magna cum studio viri ill. Planck historiam ecclesiasticam  
 audivit, ceteris theologiae partibus non perinde affectus. Igitur  
 ad alia se studia convertit, philologica, philosophica,  
 historica. Inde a primis academicae vitae dictus semina-  
 ri regii philologici auditoribus adscribitur, per biennium  
 postea sodalitiis honore gaviscus est. Optimam hanc  
 occasionem duorumque itineris publici atque privati  
 viros ill. Mittheulich et celeberr. Dissen et Händelich  
 nactus, ut antiquitatis indolem atque naturam magis  
 magisque perspicere adniteretur. In philosophiam  
 introductus est a viris ill. Bouterwek, Schulze et